



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

De abstinentia. Exercit. 76

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)



## EXERCIT. SPIRIT.

liberemur, quemadmodum aurum  
quod septies per ignem transit, puri  
Deo, qui purissimus spiritus est, di-  
gne seruire valeamus.

### DE ABSTINENTIA.

Exercitium 76.

Luc. 21. *Attendite ne grauentur corda vo-  
stra crapula & ebrietate.*

1. Thess. 5. *Nos, qui filij Dei sumus, sobrii si-  
mus.*

Eccles. 37. *Qui abstinens est, adijciet vitã.*

#### *Consideratio.*

**C**onsiderabimus, quam necessa-  
ria & excellens sit hæc virtus: cū  
sit mater castitatis, socia orationis, v-  
nica ad Deum precandū preparatio:  
ac denique animæ & corporis sani-  
tas.

#### *Gratiarum actio.*

**G**ratias referemus Deo, pro exē-  
plis, quæ per totam vitam suam  
in hac virtute nobis prætulit: specia-  
tim quadraginta illis diebus, quibus  
in deserto ieiunauit.

#### *Confusio.*

**E**Rubescemus, quod ab hac virtu-  
te ha-



te haecenus saepe: & indices magis ac  
magis deficiamus: victi à propria  
sensualitate, quam si semel vinci-  
mus: postea vigesies iterum ab ea  
nos superari patimur.

*Petitio.*

**R**Ogabimus Deum, vt hanc vir-  
tutem nobis largiatur, qua non  
tantum omnia genera voluptatum  
& deliciarum contempnamus, om-  
nemque superfluitatem in mandu-  
cando & bibendo vitemus: sed eti-  
am ieiunium & vitæ austeritatem  
diligamus, crucifigendo carnem  
cum omnibus vitijs & concupiscen-  
tijijs eius.

*Oblatio.*

**O**fferemus nos Deo, renunciâdo  
pro amore ipsius omnib. carnis  
voluptatibus, nec plura desideran-  
do, quam quæ necessaria sint ad sim-  
plicem corporis sustentationem: ho-  
rum etiam necessariorum priuatio-  
nem, quoties diuinæ maiestati pla-  
cet, libenter tolerando.

*Ad*